



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piaë, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Dominica xxii. post pentec

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

Iob. 14.

cio damnati, & frigus inestimabile & calorem intolerabilem sustinebunt, beato Iob teste, qui ait. A calore nimio transibunt ad aquas niuium. ¶ Vbi

Iob. 19.

etiam considerandum, quia non solum sanctorum corpora, sed etiam reproborum in iudicio resurrectura monstratur. Vnde per beatum Iob alibi dicitur: Credo quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea uidebo deum. Oculi enim carni sunt, & dentes ex ossibus: igitur cum dicit, Ibi erit stridor dentium, ostendit corpora reproborum, quae constant ex carne & ossibus, ueraciter esse resurrectura: ut qui in carne & anima peccauerunt, in carne & anima pariter puniantur. Quod autem ait,

Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. magis timendum est, quam exponendum. Quod enim omnes uocati sumus, nouimus: utrum autem ad electorum sortem pertineamus, adhuc ignoramus. Tanto ergo solliciti esse debemus in bono opere, quanto inexcusabiles nos esse scimus de uocatione, ut non cum multis reprobis audiamus, Ite maledicti in ignem aeternum: sed cum electis audire mereamur, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Quod

Mat. 25.

ipse praestare dignetur, & cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

Ibid.

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN, ad Ephesios VI.

**F**Ratres, Confortamini in domino & in potentia uirtutis eius, &c. Post specialia praecepta, quibus admonuit Apostolus uiros & mulieres, patres & filios, dominos & seruos, sub-

iunxit ista generalia, nō solū ad Ephesios, quibus  
mittebat hanc epistolam, sed ad om̄em sexum &  
ad omnem conditionem, & dixit: [De cætero,] id  
est, deinceps & p̄ter illa q̄ superius diximus. [fra-  
tres mei] in fide & dilectione, & q̄ unum patrē de-  
um om̄ipotentē habemus. [cōfortamini in dño,]  
in fide illi, & in potētia uirtutis eius. ] Nolite cō-  
fidere in uestra fortitudine, neq; in meritis uestris,  
neq; in potentia principū huius seculi, sed in dño  
& in potentia uirtutis eius confortamini.

Induite uos armaturam dei, ut possitis sta-  
re aduersus insidias diaboli. ] In hoc nomine qd̄ ē  
armatura, comprehenduntur omnia uasa bellica,  
lorica uidelicet, galea, scutū, lancea, tela, cætera q̄  
instrumēta armorum. Spiritaliter autem quid de-  
bemus intelligere per armaturam dei? Dominum  
Iesum Christum, cuius protectione defenduntur  
omnes electi, & quem induunt, iuxta quod idem Rom. 6  
Apostolus alias dicit: Quotquot in Christo bap-  
tizati estis, Christum induistis. Tunc enim induunt  
electi Christum, quando uirtutes quæ in Christo  
sunt, per adiutorium illius assumunt. Quod ergo  
dicit, [Induite uos armaturam dei,] tale est ac si di-  
ceret: Induite dominū Iesum Christū, id est, om̄es  
uirtutes, quas scitis in illo esse, in uobis assumite.  
Verbi gratia: Est ille iustus, uerus, patiens, castus,  
mansuetus, appellatur agnus & leo & uitulus. In-  
duite uos iustitiam, ueritatem, patientiam, charita-  
tem, castitatem, mansuetudinem. Estote agnus, id  
est, mites: leo, id est, fortes in fide & in bono opere  
cōtra diabolum. Estote & uitulus, mortificantes  
uosmetipsos cum uitijs & cōcupiscentijs, ut possi-  
tis stare aduersus insidias diaboli. Multis enim mo-

dis insiditur nobis diabolus: denique insidatur nobis per malas suggestiones, insidatur per uitia carnis nostrae & incentiua malorum delectationum, insidatur per ministros suos, per hereticos uidelicet & falsos fratres atque paganos. Sed contra hos omnes debemus nos uiriliter pugnare, ut possimus superare. Poterat aliquis dicere: O Paule apostole, quare praecipis nos omnem armaturam dei induere? Ad haec ille subiunxit:

Quia non est nobis, inquit, colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus.

¶ Carnem & sanguinem appellat isto in loco Apollus, homines qui constant ex carne & sanguine, a quibus plerumque suadente diabolo impugnamur & dicitur non est nobis colluctatio, id est pugna aduersus illos solummodo, sed aduersus demones qui precipantur malis hominibus: & potestate exercendo super illos, regunt illos potius ad malum quam ad bonum: ipsi appellatur spiritalia, subauditur demonia, nequitiae, id est, maligni qui morantur in hoc aere. Caelum denique appellatur aer in scripturis sacris unde & aues caeli dicuntur: quia ut philosophi dixerunt, & doctores etiam nostri opinantur, ita plenus est aer demonibus & malignis spiritibus, sicut radius solis minutissimis puluisculis. Contra hos ergo pugnandum est nobis potius, quam contra homines constantes ex carne & sanguine: quia quicquid mali contra nos homines machinantur, ab illis eis suggeritur. Et si superaerimus illos qui sunt princi-

pes malitiæ, & quorum instinctu uicia carnis nostræ contra nos sæniunt, tunc facile superare poterimus omnes ministros illius. Verbi gratia: Sicut supato principe, exercitus facile fugatur. Quod probari potest ex libro Iudith: quo narrante discimus, quia Holopherne principe militiæ intercepto, multitudo exercituum in fugam uersa, & a Iudæis facillime est supata. Sed quaerendum est, quomodo pugnare possimus contra dæmones qui spiritus sunt, nam omnibus patet, contra spiritum armis materialibus non posse pugnari. Quapropter quia spiritus sunt, & inuisibiles, necesse est ut arma spiritalia assumantur, uirtutes uidelicet supra memorata, & decertemus eo modo, quo legimus Iacob in statum esse cum angelo, orando, ieiunando, uigilando, cæterisque bonis operibus insistendo: ut sicut ille meruit ab angelo sancto benedici, cum quo luctabatur orando, ita & nos superato diabolo, a domino benedici mereamur. ¶ Ceterum quaeri potest, qui acceperit Apostolus, ut dæmones & malignos spiritus, principes & potestates ac rectores tenebrarum harum appellaret, id est, hominum infidelium, deum ignorantium, & peccatorum: de quorum numero fuerant illi quondam, quibus dicebat: Fuiſtis aliquando tenebræ, id est, infideles, deum ignorantes, & peccatores. Ad quod dicendum, quod ex libro Danielis illud accepit, ubi legitur, princeps Græcorum & princeps Persarum: ex libro quoque Ezechielis ubi dicitur ad principem Tyri: Tu signaculum similitudinis in paradiso dei fuisti, & cætera quæ ibi dicuntur de hoc, & de principibus aliarum gentium, Aegyptiorum uidelicet, Assyriorum, Idumæorum. Nam per principes il-

Iudith. 13.  
& 15.

Gen. 32.

Ephe. 5.

Dan. 10.

Ieze. 28.

li demones intelliguntur, illis gentibus prepositis. Sicut enim unusquisque fidelium habet sibi bonum angelum delegatum ad custodiam sui, ita & pagani habent malos angelos, qui eis principantur permissione dei: & sicut Michael prepositus est genti Iudeorum, de quo dicitur, Et nemo mihi est adiutor, nisi Michael princeps uester, ita habet & gentes in infidelitate manentes, malos principes. ¶ **Dan. 10.** Dicamus & alius: Apostolus repletus gratia dei, cognouit per spiritum sanctum, quia sicut boni reges Israelitarum significabant dominum Iesum Christum, ita & principes qui sunt in ecclesia, uerbi gratia, qualis fuit Dauid, qui interpretatur manu fortis siue desiderabilis, alijque quam plurimi. Et sicut populus Israel significabat populum credentium, qui sunt ueri Israelitae: ita mali reges & principes eum suis gentibus, qui contra populum dei pugnant, ut fuerunt reges Ismaelitarum, Assyriorum & Idumaeorum atque Philistinorum, significabant demones qui principantur paganis & haereticis, qui ecclesiam dei semper impugnant. [Propterea] subauditur, quia colluctatio est uobis aduersus principes & potestates. accipite armaturam dei Illam, de qua supra diximus, id est, omnes uirtutes.

ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Id est, in omnibus prosperis & in aduersis perseuerare firmi in fide bonisque opibus. Diem malum appellat presens tempus, non quod per se malum sit, sed quia multa mala in eo fiunt. Vel etiam diem malum dicit, diem iudicij, in quo omnes mali damnabuntur.

Stare ergo succincti lumbos uestros in ueritate. Lumbos succingimus, cum luxuria refrenamus Stare,

inquit, in fide, id est, in bono opere: & restringite  
 lumbos a luxuria, ubi maxime uiget. & hoc in ue-  
 ritate facite, non in mendacio, neque per hypocrisi-  
 sin, neque ut laudem hominum capiaris. Vel in ue-  
 ritate dicit, quasi pro amore nominis Christi, qui  
 est ueritas. [Induti lorica iustitiæ.] Recte iustitia  
 loricae comparatur, quia sicut lorica multis circu-  
 lis contexitur, ita iustitia multis uirtutibus constat.  
 ¶ Aliter: iustitia enim bene loricae potest compara-  
 ri, quia sicut lorica pectus munit, uentrem stringit,  
 femora protegit, ita iustitia superfluas cogitatio-  
 nes quae in pectore uersari solent, repellit, in glui-  
 em uentris restringit, luxuriam quoque comprimit.  
 [ & calceati pedes ] subauditur, sint uobis [in praeparatione euangelij pacis. Et est sensus: Sicut ille qui  
 calceatos habet pedes, serpentes spernit, spinasque  
 & omnem asperitatem uiae pro nihilo ducit, ita &  
 uos diabolum serpentem antiquum, spinas quoque,  
 id est, punctiones passionum, omnemque asperi-  
 tatem huius uiae contemnite, & liberi ad praedica-  
 tionem euangelij incedite. Aliter: Per calceamen-  
 ta quae ex mortuis animalibus fiunt, debemus in-  
 telligere dicta & exempla praecedentium patrum.  
 Calceatos ergo pedes habemus, quum dictis & ex-  
 emplis praecedentium patrum muniti, securi ad praedica-  
 dum euangelium pacis accedimus. Euange-  
 lium autem pacis dicitur, quia ibi continetur pax,  
 quam Christus a postolis commendauit, & in apo-  
 stolis omnibus fidelibus, uel etiam, quia per obser-  
 uantiam euangelij meremur reconciliari deo. [in  
 omnibus] subauditur, praелиis & certaminibus.  
 fumentes scutum fidei, in quo possitis omnia  
 tela nequissimi ignea extinguere.] Quicquid mis

file est & iacitur, telum potest appellari; proprie tamen illud quod in longum protenditur, ut lancea, Nam telon dicunt greci longum unde mustela dicitur mus longus. Sicut ergo icutum se tenentem protegit, & tela repellit, ita fides hominem munit, & a diaboli iaculis & infestationibus defendit; illa tamen, quæ fuerit bonis operibus adornata. Tela autem diaboli ignea, appellat suggestionem pravam, qua nos incendit ad mala opera agenda, quæ extinguitur (id est, superatur) per uirtutem fidei.

Et galeam salutis assumite, Galea in capite ponitur, omnesque corporis sensus munit & protegit, uisum uidelicet in oculis, auditum in auribus, gustum in ore, olfactum in naribus, tactum in toto capite. Quid debemus ergo intelligere per galeam, quæ (ut diximus) omnes sensus corporis protegit? Dñam nostram Iesum Christum, & protectionem illius. Per caput uero, mentem: quia sicut capite reguntur membra, ita mente disponuntur cogitationes. Ponamus ergo galeam in capite, id est, protectionem Christi recondamus in secreto mentis nostræ, habentes in illo fiduciam, non in nobis ipsis: & ipse tuebitur omnes sensus nostros, ne a diabolo hoste anti quo possimus uulnerari [ & gladius spiritus, quod est uerbum dei. ] subauditur, assumite Gladius spiritus sancti, intelligitur uerbum dei, ut Apostolus ait, id est, doctrina & scientia scripturarum sanctarum, quæ per spiritum sanctum nobis tribuitur. Idcirco autem gladius appellatur, quia sicut gladio fugantur hostes, ita per cognitionem diuinarum scripturarum, quæ per spiritum sanctum nobis tribuitur, possumus fugare omnes insidias & omnia machinamenta diaboli, appetendo illa quæ scriptura sacra docet, & uirtutes



tando quæ prohibet. Et non solum dæmones per eius cognitionem & adiutorium dei possumus superare, sed etiam autoritate illius hæreticos convincere, & errorem illorum, destruere.

[Gratia] id est, fides & remissio peccatorū. [sic in incorruptione,] id est, integritate fidei. [cum omnibus qui diligunt dominum Iesum Christū.] Vel aliter: Gratia, id est, fides, remissio peccatorum, societas æterna, sint cum omnibus sanctis in incorruptione, hoc est, resurrectione generali, ubi omnes electi accipient incorruptionem & immortalitatem in corpore, & incommutabilitatem in anima, fulgentes sicut sol in regno patris sui, cum quo felices in secula seculorum manebunt. Mar. 13.

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN. Iohannis III.

In illo tempore Erat quidā regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et reliqua.



**A**liquoties contingere solet, ut non nulli a q̄litate mentis, quam habent interius, nomina sortiantur exterius, sicut Simon dictus est Petrus, ob firmitatem fidei, eo quod firmæ petre in hæserit: & filij Zebedæi Boanerges, id est, filij tonitruui, sunt uocati, quia de spiritali celo intonituri erant: In princi-

Iohā. 1.

Marc. 3.

Iohā. 1.

pio erat uerbum, & uerbū erat apud deum, & de

QQ

**Luc. 6.** us erat uerbū. Et Iudas Zelotes dictus est, eo quod zelo amoris dei plurimū ferueret. Sic ergo & iste regulus fortassis a qualitate mentis, quam habebat interius, nomen traxit exterius. Regulus enim diuinitiuū nomē est a rege, q̄si dicatur sub rege prius, uel parius rex. Et ideo q̄a ex parte credebat, & ex parte non credebat, non rex, sed regulus meruit appellari. Sed q̄d nos uerbis de illo dicimus, hoc ipse de se operibus cōprobat. Nam subditur:

Hic cum audisset quia Iesus adueniret a Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut descenderet, & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori.] Quæ omnia iuxta literam ita manifesta sunt, ut expositione non indigeāt. Hoc tantummodo mirum uideretur, quare is qui profilio rogaturus uenerat, a domino audiuit:

Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis,] cum utiq; nisi credidisset, nequaquam profanitate filij rogaturus ad dominum accessisset. Ad quod dicendum quia credebat, & non credebat. Credebat quod dñs per præsentiam corporalem salutem filio suo restituere posset, sed non credebat eū per diuinitatē ubiq; esse præsentem, cuius tā sollicitè corporalem aduentum requirebat, dicens:

Domine, descende priusquam moriatur filius meus.] Quia ergo credebat, rogaturus profilio accessit: sed quia non perfecte credebat, audire meruit: [Nisi signa & prodigia uideritis, nō creditis.] Fides enim augmentum habet, sicut apostoli domino dixerunt: Domine, adauge nobis fidem. Et centurio ille, qui pro puero lunatico rogaturus uenerat, cum audisset a domino, Credis?

**Luc. 17.**

omnia possibile credenti, respondit: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Inter signa autē **Mar. 9.**  
 & prodigia hoc interest, quia signa dicuntur miracula insolita: prodigia uero ea dicuntur, quæ cum presentia liter mira sunt, etiam in futuro aliquid præmonstrant. Vnde prodigium dictum est, quasi prodigium. Sed in hac lectione nostra superbia confunditur, si eam cum alia conferamus. Legimus enim in euangelio **Matt. 8.** quia cum introisset Iesus in Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur: Et ait illi Iesus: Ego ueniam & curabo eum. Quis enim ignorat regulum maioris esse potestatis, quam centurionem: Et quid est quod dominus ad filium reguli rogatus ire noluit, & ad seruum centurionis etiam non rogatus ire paratus fuit? Nimirum nostra superbia (ut diximus) confunditur, qui in hominibus non naturam, qua ad imaginem dei facti sunt, sed potentiam consideramus. Quos enim potentes cernimus, honoramus: & quos metuimus, ueneramur: pauperes autem contemnimus, despiciamus & negligimus. Econtra filius dei, qui de caelo descendit in terras, & ad filium reguli rogatus ire noluit, & ad seruum centurionis, etiam cum non rogaretur, ire paratus fuit. Quia sicut Petrus de eo ueracissime testatur. **Act. 10.** non est personarum acceptor deus, sed in omni genere, qui operatur iustitiam, acceptus est illi. Imitemur ergo & nos caput nostrum, & quem plus deum amare uiderimus, illum studiosius diligamus. Et hæc dicentes, non prohibemus honorare potentes, maxime cum Petrus apostolus dicat: **1. Pe. 2.** Deum timere, regem honorificate: Sed sicut illorum ue-

QQ ij

neramur potentiam, sic pauperum supplere debemus indigentiam, ut in ecclesia dei unicuique congruus honor exhibeatur. Sed quia increpatio pijs mentibus multum prodesse solet, postquam regulus a dño increpatus audiuit: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni quẽ dixit ei Iesus. & ibat. ] Vnde fides protinus effectum consecuta est.

Iam autem eo descendente, serui occurrunt ei, & nunciauerunt, dicentes quia filius eius uiueret. ] ¶ Ex eo ergo, quod superius iste regulus domino dixit. [ Descende priusquam moriatur filius meus, ] & hic dicitur [ ã autẽ eo descẽdente, ] datur intelligi, quia Capharnaũ in ualle erat sita, quæ uallis pinguis siue uilla pulcherrima interpretatur. At ille uolens scire utrũ ea hora sanitas esset reddita filio, in quã audierat a dño, Filius tuus uiuit,

Interrogauit horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. ] ¶ Pulchre autem hora septima filius reguli sanatur, quia septem sunt dona spiritus sancti, cuius gratia & uirtute non solum remissio peccatorum, sed etiam uirtus & sanitas tribuitur, Apostolo teste qui ait: Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sive certe hora septima filius reguli sanatus est, ut intelligamus quia in præsentia uita quæ per septem dies uoluitur, salutem animæ nostræ bene operando quærere debemus.

Rom.

Cognouit ergo pater quia illa hora esset, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus uiuit, & credidit ipse, & domus eius tota. ] In multis locis euangelij promptior fides gentium ad credendum ostendi

tur, quam Iudæorum, ipso domino de centurione dicente: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Legimus paulo superius, eodē euangelista Iohanne narrante, qui cum mulier Samaritana audisset a domino omnia quę fecit, abiit in ciuitatem, & dixit illis omnibus: Venite & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quęcunq; feci. Nunquid ipse est Christus? Cum uenissent ergo ad illū Samaritani, rogauerunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies, & multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est uere saluator mūdi. Ibi enim sine ostensione miraculi tota ciuitas credidit: hic cum magnum signum ostensum esset, ipse pater tantum credidit, & domus eius tota.

Matt. 8.

Ioh. 4.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN, ad Philipenses I.

**F**Ratres, Confido in domino Iesu, quia quę cepit in uobis opus bonū, perficiet usq; in diem Christi Iesu. [Id est, Christus qui dedit nobis initium fidei & bonę conuersationis, dabit & perseuerantiam usq; in diem mortis nostrę, uel usque ad diem iudicij per successionem.

sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis,] id est, iustum est mihi hoc intelligere de uobis. quia p̄ma nebitis in fide Christi: Et ideo de beo gaudere, [eo quod habeam uos in corde & in uinculis meis,] id est, uestri reminiscor. [ & in defensione & confirmatione euangelij socios gaudij mei,] id est, remunerationis æternę uitę. Quomodo defendebat & confirmabat euāgelium? Multis

QQ iij